

## 0155-0166- SS Anicetus [Annicius] - Decretalia ad Universos Galliae Episcopos

O93, f. 13ra; N442, f. 34ra; V630, f. 34va; I83, f. 71vb; VD38, f. 64rb; SG670, p. 124a; P9629, f. 9r

<sup>1</sup>INCIPIT<sup>2</sup> EPISTOLA DECRETALIS ANNICII PAPAE AD UNIVERSOS GALLIAE EPISCOPOS DE ORDINATIONE<sup>3</sup> ARCHIEPISCOPORUM ET RELIQUORUM<sup>4</sup> EPISCOPORUM ET CETERIS EORUM CAUSIS<sup>5</sup>.

Annicius<sup>6</sup> universis ecclesiis per Galliae provincias constitutis in domino salutem.

0155-0166- Anicetus

Bonorum operum et spiritualium studiorum deum auctorem esse non dubium est, qui bonorum hominum incitat<sup>7</sup> mentes et adiuvat actiones, quod<sup>8</sup> nobis evi<V630, f. 34vb>denter appa<O93, f. 13rb>ruerit<sup>9</sup>, cum inter longinqua spatia regionum unum corda vestra senserunt consilium et, quae desiderabatis<sup>10</sup> responsa, non unius, sed plurimorum epistolae intimarunt<sup>11</sup>.

De ordina<I83, f. 72ra>tionibus<sup>12</sup> vero<sup>13</sup> episcoporum, super quibus nos consulere voluistis, <VD38, f. 64va> olim in sancti<sup>14</sup> praedecessoris<sup>15</sup> nostri Anacleti quaedam iam decreta repperimus. Scimus enim beatissimum<sup>16</sup> Iacobum, qui dicebatur <SG670, p. 124b> Iustus, qui etiam secundum carnem frater<sup>17</sup> domini nuncupatus est, a<sup>18</sup> Petro, Iacobo et Iohanne apostolis Hierosolimorum<sup>19</sup> episcopum esse ordinatum. Si autem non<sup>20</sup> minus quam a tribus apostolis tantus vir fuit episcopus<sup>21</sup> ordinatus, patet<sup>22</sup> profecto eos formam<sup>23</sup> instituente domino tradidisse, non<sup>24</sup> minus quam a tribus episcopis<sup>25</sup> episcopum ordinari<sup>26</sup> debere. Sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas<sup>27</sup> intervenerit, debent<sup>28</sup> etiam plures augeri. Id est, si<sup>29</sup> archiepiscopus<sup>30</sup> diem<sup>31</sup> obierit et alter ordinandus<sup>32</sup> archiepiscopus electus<sup>34</sup> fuerit, omnes eiusdem<sup>35</sup> provinciae episcopi ad sedem metropolim<sup>36</sup> convenient vel<sup>37</sup> ab omnibus ipse<sup>38</sup> ordinetur. Oportet autem<sup>39</sup>, ut ipse, qui illis omnibus praeesse debet, ut<sup>40</sup> ab omnibus illis eligatur et ordinetur. Reliqui vero comprovinciales<sup>41</sup> episcopi, si necesse fuerit, ceteris consentientibus a tribus iusu archiepiscopi consecrari possunt<sup>42</sup> episcopi. Sed melius est<sup>43</sup>, si ipse cum omnibus <SG670, p. 125a> eum, qui dignus est, elegerit et cunc<I83, f. 72rb>ti pariter sacraverint<sup>44</sup> pontificem. Et li<VD38, f. 64vb>cet <N442, f. 34rb> istud necessitate<sup>45</sup> cogente concessum sit, illud autem, quod de<sup>46</sup> archiepiscopi consecratione praeceptum atque praedictum est, id est, ut omnes suffraganei<sup>47</sup> eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia<sup>48</sup>, qui<sup>49</sup> illis praeest, ab omnibus episcopis, quibus praeest, debet constitui. Sin aliter praesumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita<sup>50</sup> erit eius secus<sup>51</sup> acta ordinatio.

Ipse<sup>52</sup> autem archiepiscopus nihil de eorum causis aut aliis<sup>53</sup> communibus iuxta<sup>54</sup> statuta apostolorum absque cunctorum illorum agat consilio<sup>55</sup>, nec illi, nisi<sup>56</sup> quantum ad proprias parrochias <P9629, f. 9v> pertinet, sine suo, quoniam<sup>57</sup> [tali gaudet concordia altissimus et gloriatur in membris suis.

Nulli archiepiscopi primates vocentur] nisi illi, qui <SG670, p. 125b> primas tenent civi[tates, quarum episcopos apostoli et successores eorum<sup>58</sup> regulariter patriarchas vel<sup>59</sup>] primates esse constituerunt, nisi aliqua gens [deinceps<sup>60</sup> ad fidem<sup>61</sup> convertatur, cui necesse sit propter multi<V630, f. 35ra>tudinem epis]coporum primatem<sup>62</sup> <I83, f. 72va> constitui. Reliqui<sup>63</sup> [vero, qui alias metropoli<VD38, f. 65ra>tanias<sup>64</sup> sedes adepti<sup>65</sup> sunt, non primates,] sed metropolitani<sup>66</sup> nominentur.

Si<sup>67</sup> autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit et sine omnium comprovincialium] praeSENTIA vel consilio<sup>68</sup> episcoporum aut eorum aut alias causas<sup>69</sup> nisi eas ta[ntum, quae ad pro]priam suam pertinent parochiam, agere<sup>70</sup> aut eos gravare voluerit, ab omnibus districte<sup>71</sup> corrigatur, ne<sup>72</sup> talia deinceps praeSUMERE audeat. Si vero incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem, cui omnia episcoporum <SG670, p. 126a> iudicia terminare praecepta sunt, eius contumacia referatur, ut<sup>74</sup> vindicta de eo fiat, et ceteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem aut temporis incommoditatem vel itineris asperitatem grave<sup>75</sup> ad hanc sedem eius causam deferre<sup>76</sup> fuerit, tunc ad eius primatem<sup>77</sup> causa<sup>78</sup> deferatur et penes ipsum huius sanctae sedis auctoritate<sup>79</sup> iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum proprium<sup>80</sup> metropolitanum suspectum habuerit, apud primatem<sup>81</sup> <I83, f. 72vb> dioceisos aut <VD38, f. 65rb> apud hanc apostolicam sedem audiatur. Qui maior est vestrum, secundum dominicam iussionem sit vester minister, et quanto<sup>82</sup> maior es in omnibus, humilia te ipsum.

Carissimi, nolite inter vos contendere, nec quaerat aliquis maior<sup>83</sup> esse, sed iuxta apostolum diligite vos invicem, quoniam caritas ex deo est, et omnis, qui diligit, ex deo natus est et cognoscit<sup>84</sup> deum. Qui non <SG670, p. 126b> diligit, non novit deum, quoniam deus<sup>85</sup> caritas est. Pascite, inquit princeps apostolorum, qui est in vobis, gregem <N442, f. 34va> dei providentes non coacte<sup>86</sup>, sed spontanea secundum deum neque turpis lucri<sup>87</sup> gratia, sed voluntarie, neque<sup>88</sup> ut dominantes<sup>89</sup> in cleris, sed formae<sup>90</sup> facti gregi ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem<sup>92</sup> gloriae<sup>94</sup> coronam.

Et iuxta alium apostolum: Fratres, memores<sup>95</sup> estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis domini<sup>96</sup> Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores<sup>97</sup> secundum desideria sua<sup>98</sup>

ambulantes impietatum<sup>99</sup>. Hi sunt, qui segregant semetipsos<sup>100</sup> <VD38, f. 65va> animales<sup>101</sup>, spiritum<sup>102</sup> non habentes. Vos <I83, f. 73ra> autem, carissimi, supraedificantes vosmetipsos<sup>103</sup> sanctissimae vestrae fidei in spiritu sancto orantes ipsos vos <V630, f. 35rb> in dilectione dei servate, exspectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in vitam <SG670, p. 127a> aeternam. Et eos<sup>104</sup> quidem arguite iudicatos<sup>105</sup>, illos vero salvate<sup>106</sup> de igne rapientes. <O93, f. 13va> Aliis autem miseremini in timore odientes<sup>107</sup> eam, quae carnalis est, maculatam<sup>108</sup> tunicam<sup>109</sup>.

Prohibete<sup>110</sup>, fratres, per universas regionum vestrarum ecclesias, ut clerici iuxta apostolum comam<sup>111</sup> non nutrient, sed desuper<sup>112</sup> caput in modum sperae radant, quia<sup>113</sup>, sicut discreti debent esse in conversatione, ita et in<sup>114</sup> tonsura et<sup>115</sup> omni<sup>116</sup> habitu discreti debent apparere.

Haec vobis, fratres, ut petistis, custodienda mittimus et custodire praecipimus, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia dominus<sup>117</sup> Iesus Christus in gloria est dei patris.

Data<sup>118</sup> VIII Kal. Iunii, Gallicano<sup>119</sup> et Rufino<sup>120</sup> cc. cons.

O93, f. 13va; N442, f. 35 va; V630, f. 35rb; I83, f. 73rb; VD38 f. 65va; SG670, p. 127a; P9629, f. 9v

1 In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [...] gekennzeichnet

2 Überschrift] EPISTOLA ANICETI PAPAE QUOT EPISCOPI IN ORDINATIONE PONTIFICIS SINT ADHIBENDI ET DE DIFFERENTIA PATRIARCHARUM VEL PRIMATUM ET CETERORUM EPISCOPORUM SG670

3 ORDINATIO VD38

4 RELICORUM P9629; RELIQUORUM korr. aus RELINQUORUM VD38

5 CAUSIS] am Rande DECRETA ANNITICI P9629

6 Anicitus P9629; Anicetus SG670

7 am Rande commovet VD38

8 Quod korr. aus Quid VD38

9 apparuit V630; I83; VD38; SG670; apparuit korr. aus apparuerit P9629

10 desiderabatis korr. aus siderabatis VD38

11 am Rande significaverunt VD38

12 ordinationibus vero korr. aus ordinationibus N442

13 vero fehlt I83; SG670

14 sanctis I83

15 predecessoris korr. aus predecessori N442; predecessoris korr. aus predecessores V630; predecessoris I83; SG670

16 beatissimus O93

17 interlinear propinquus SG670

18 am Rande De ordinatione episcoporum P9629

19 hierosolimam I83; hierosolima SG670

20 non] non a P9629

21 episcopus fehlt SG670

22 am Rande manifestum est VD38

23 am Rande exemplum VD38

24 non] non a V630; P9629

25 episcopis fehlt VD38

26 ordinare P9629; ordinari korr. aus ordinare SG670

27 necessitatis N442

28 debent korr. aus debet O93

29 si archiepiscopus] archiepiscopus si SG670

30 archiepiscopus diem obierit et alter ordinandus archiepiscopus korr. aus archiepiscopus V630

31 diem fehlt I83; VD38; SG670

32 ordinatus I83

33 ordinandus archiepiscopus] ordinandus est archiepiscopus korr. aus ordinandus episcopus P9629

34 electus fehlt SG670

35 eidem O93; P9629; I83; eiusdem korr. aus eidem V630

36 metropolitani I83; VD38; SG670

37 ut korr. aus vel V630; et VD38; ut SG670

38 ipse fehlt VD38; ipse] ipse eligatur et korr. aus ipse P9629; ipse eligatur et SG670

39 enim korr. aus autem SG670

40 ut fehlt V630; VD38  
41 provintiales V630; P9629  
42 possunt episcopi] possunt korr. aus possunt episcopi SG670  
43 est si korr. aus est O93  
44 consecraverint SG670  
45 necessitatem korr. aus necessitate P9629  
46 de fehlt VD38  
47 am Rande subiecti VD38  
48 am Rande De consecratione archiepiscopi P9629  
49 qui illis] ille qui VD38  
50 am Rande vacua inanis VD38  
51 forinsecus VD38  
52 am Rande De metropolitanis N442  
53 aliis] aliis rebus korr. aus aliis SG670  
54 am Rande Mentio canonum apostolorum N442  
55 consilio korr. aus concilio SG670  
56 nisi korr. aus si O93  
57 am Rande De primatibus vel patriarchis I83  
58 apostolorum V630  
59 et V630  
60 am Rande ab hoc tempore VD38  
61 fide O93  
62 primates SG670  
63 am Rande Metropolitani  
64 metropolitanus korr. aus metropolitanis O93  
65 am Rande adquisierunt VD38  
66 metropolitanus korr. aus metropolita V630  
67 am Rande De fastu metropolitanorum N442  
68 consilio korr. aus consilia V630; consilia P9629; concilio I83  
69 causas korr. zu causas agere VD38  
70 agere fehlt I83; VD38; SG670  
71 districte korr. aus distrincte P9629  
72 nec SG670  
73 ne talia] nec alia VD38  
74 ut korr. aus aut SG670  
75 gravem V630; grave korr. aus gravem P9629  
76 deferre] deferre non posse V630; P9629  
77 primatem] primatem eius SG670  
78 causam VD38  
79 auctoritatem I83  
80 proprium fehlt V630  
81 primatum O93  
82 quantum N442; I83  
83 maiorem I83  
84 cognoscet VD38  
85 deus fehlt I83  
86 am Rande invite VD38  
87 lucrum I83  
88 neque ut korr. aus neque O93  
89 dominantur I83; SG670  
90 am Rande exemplum VD38  
91 forma V630; I83; SG670; forma korr. aus forme P9629  
92 am Rande incorruptibilem VD38  
93 inmarcibilem VD38  
94 gloriae coronam] coronam glorię SG670  
95 memores estote] memor esto O93; N442  
96 domini] domini nostri VD38  
97 am Rande deceptores VD38  
98 sua fehlt V630  
99 impietatum] impeccatum korr. aus impietatum P9629; in peccatum I83; SG670

- 100 sedmetipsos *P9629*  
101 animales *fehlt V630*  
102 spiritum *korr. aus spiritus P9629; spiritus I83; spiritum] spiritum dei SG670*  
103 vosmetipsos *korr. aus metipsos O93*  
104 hos *SG670*  
105 iudicantes *korr. aus iudicatos P9629; iudicantes N442; I83; VD38; SG670*  
106 salute *O93; salvate korr. aus salute P9629*  
107 odientes *korr. aus audientes P9629*  
108 *am Rande corruptam VD38*  
109 *am Rande conversationem VD38*  
110 *am Rande De corona clericorum I83*  
111 *interlinear nam laici antiquitus non tondebant sicut hodie nec greci SG670*  
112 super *VD38; desuper] eam super SG670*  
113 *am Rande De tonsura P9629*  
114 in *fehlt N442*  
115 et] et in *I83*  
116 omne *VD38*  
117 dominus] dominus noster *VD38*  
118 Data VIII Kal. Iunii, Gallicano et Rufino vv. cc. cons*fehlt SG670*  
119 gallio *I83; galligano VD38*  
120 Rufino] rufino vv. *korr. aus rufino N442; rufino cc. I83*